



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

7. de Obligatione suscipiendi hoc sacramentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

C A P. VI.

De Ministro huius Sacramenti.

ISOLUS sacerdos potest esse extremæ unctionis minister, patet ex verbis Apostoli : Inducat presbyteros Ecclesiæ.

Extremam unctionem extra necessitatis causum licet non administrat sacerdos, si nec pastor sit, nec a pastore seu Ordinario licentiam habeat. Quod si vero parochus absit, aut nolit, nec superior de licentia solicitari potest, tunc in necessitate quilibet sacerdos extremam unctionem conferre potest, ex praesumpto consensu S. Pontificis, cum hoc sacramentum animæ in extrema lucta valde utile sit.

In casu necessitatis plures ministri esse possunt, quorum unus unum, alter alterum sensum simul vngant, idque in necessitate, si inchoatus absoluere non possit omnes unctiones, aut si infirmus ante moriturus videatur, quam unicus minister omnes unctiones perficere possit.

C A P. VII.

*De obligatione suscipiendi ac ministrandi
hoc sacramentum.*

NULLUM præceptum extat sacram unctionem accipiendi, cum ad salutem necessarium

non

non sit, veniale tamen est , per negligentiam intermittere, cùm sit quædam incuria, seu prodigalitas spiritualis boni.

Propter contemptum & scandalum securum , fieri potest , vt peccatum mortale sit , Extremam Vnctionem intermittere , V. C. si infirmus sine causa renuat suscipere , poterunt alij moneri ad huius sacramenti vili pensionem.

Non curantes inungi infirmum peccant venialiter, secus si cum scando, & contemptu.

Parochus ratione officii obligatur sub mortali, ad ministrandum Extremæ Vnctionis sacramentum, petenti.

C A P . VIII.

De Ceremonijs seu ritibus ministrandi hoc sacramentum.

Si periculum propter mortis acceleritatem in immora sit , statim ad ipsas vñctiones , quippe sacramento essentiales accedendum est & tempore pestis. Orationes vero possunt suppleri in Ecclesia , Inseruire etiam poterit pestis tempore vslus virgæ argenteæ oblongæ ad vngendum elocore remotiōe causa vitandæ contagionis.

In dubio , num adhuc viuat qui vngendus est , sub conditione sacramentum ministrari potest , V.C. si non est mortuus.

NB. Vñctio immediate manu sacerdotis facta , & in formam crucis , ad accidentales ritus pertinet.

Sacer-

nctionis
Inducat
tatis ca-
c pastor
habeat.
ec supe-
necessi-
em con-
Ponti-
extre-

Te pos-
sensum
nchoa-
es , aut
iam v-
re pos-
ionem
ariorum
bona